

tantusque senatus continuo resideret, ac passim omnibus tam publice q  
priuatim aliqua hominum temeritate , dolo , vel improbitate circumuentis,  
præsentissimam opem, subsidiumq<sup>e</sup> posset afferre. Non patitur summa ve  
stra modestia fuisus a me commemorari, quanta æquitate, diligentia, cura,  
solicitudine , in rebus controuersiis summorum hominum, mediocrium, at  
que insimorum pertractandis semper vni fueritis, quanta dexteritate lites ca  
lamitosorum absoluueritis, quanta cum vestra dignitate atque laude optimi  
principis voluntati parueritis, semperq<sup>e</sup> pareatis, quæ vel attingere singula,  
nedum explicare, breuitas epistolaris minime patitur. Proinde laudibus ve  
stris omisssis , quibus explicandis ingenue profiteor longe alia opus esse fa  
cundia, ac plusquam Ciceroniana eloquentia, ad rem ipsam magnopere festi  
nantes , & hunc laborem nostrum qualis qualis est , & nosmetiplos V . R.  
commendamus, oraturi semper deum optimum maximum, ut vestrum huc  
tantum iustitiae zelum, sua benignitate prouehat, & pro p[ro]fissimis tandem la  
boribus copiosissimam iustissimamq<sup>e</sup> mercèdem retribuere non graueretur.

Valete virti ornatissimi, spectataq<sup>e</sup> virtutis , & hunc nostrum labo

rem, atque affectū grato suscipientes animo , pro genuina  
benignitate ab improborū inuidorūq<sup>e</sup> moribus

tucamini. Ex Machlinia, Calendis Ia-

nuarījs, Anno a Natali seruato

ris, milleſimo, quingen-

tesimo , triceli-

mo-

octauo.

A iiiij Ad Lectore